[1] *Hoc membrum recenset nomina seu vocabula* Rephau-*habentia, vel qvæ* Rephau *affecta sunt, diciturq́ illorum septem esse; de qvibus in membris seqventibus agitur, ubi & qvorundam originem indagabimus.* [2] *Obiter etjam hoc notandum est, Romanos interdum ut lineas explerent, non usos*

Memb. XXXI. [1] Et præteritũ (sc. est) Phathhu-habẽs ultimã, (sc. affectã), ppetuò.

٣١ ؛ فالماضي مفتوح الاخر ابدا ❋

[1] *Hoc membrum regulam universalem continet, de Constructione ultima Syllabæ præteriti cujuscunq; verbi. Sed notandum probè est, non in qvolibet numero, genere & personâ, sed tantùm in singulari masculino tertiæ personæ.*

Memb. XXXII. [1] Et Imperativus (sc. est), habens-Gsezmu perpetuò.

٣٢ ؛ والامر مجزوم ابدا ❋

[1] *Hoc membrum, continet regulam universalem de constructione ultima syllaba, Imperativi singularis (non dualis aut pluralis), cujuscunq; generis & personæ. Miror autem ordinem membrorum transpositum esse, & citiùs de Imperativo, qvàm de futuro agi, cùm tamen hoc, jure illum præcedat.*

Memb. XXXIII. [1] Et futurũ (sc. est), cui est in principio suo una (sc. litera) addita (sc. de) qvatuor (sc. literis) congregantur eæ (sc. in) dictione انيت & est, Rephau-habens (vel continens), perpetuò, donec inducatur, (sc. per dictionem aliqvam,) super illud Neshbu, & Neshbu-suscipiat id; aut Gsaazmun & Gsezmu-suscipiat id.

٣٣ ؛ والمضارع ما كان في اوله
احدي الزوايد الاربع يجمعها
قولك انيت وهو مرفوع ابدا
حتي يدخل عليه ناصب
فينصبه او جازم فيجزمه ❋

[1] *Hoc membrum egregiè satisfacit de futuro singulari, excepto fœminino secundæ personæ, ceu qvilibet ipso usu experiri poterit.*

Memb. XXXIV. [1] Et Neshbu-inducẽtia, (sc. sunt), decem. Et sunt أَنْ I. & لَنْ II. & كَيْ III. & إِذَنْ IV. & لَامْ كَيْ V. & لَامْ الْجُحُودِ VI. & حَتَّى VII. & الْجَوَابُ بِالْفَاءِ VIII. & الْوَاوْ IX. & أَوْ X.

٣٤ ؛ فالنواصب عشرة وهي ان
ولن وكي واذن ولام كي ولام
الجحود وحتي والجواب بالفاء
والـــــو او واو ❋

[1] *Hoc membro, enumerantur decem modi, seu dictiones, qvibus futuro inducitur* Neshbu. *Adjeci autem in interpretatione meâ, his dictionibus (qvod & in posterum faciam), numeros latinos, ne studiosi, qvod mihi qvoq; aliqvando in textu Arabico accidit, anxiè primùm hunc numerum seu has dictiones inqvirere cogantur.*

Memb. XXXV. [1] Et Gsezmu-inducentia (sc. sunt), octodecim, & sunt لَمْ I. & لَمَّا II. & أَلَمْ III. & أَلَمَّا IV. & لَامَ V. [2] Imperantis & vocantis, & non in [3] prohibendo & vocando &

٣٥ ؛ والجوازم ثمانية عشر وهي
لم ولما والم والما و؛ لام الامر
والدعا ولا في؛ النهي والدعا

1 *Absolutâ doctrinâ de numero & locis constructionum, nunc aliâ methodo docet quotuplex sit constructio, seu quot modis fiat, id quod tamen è præcedentibus jam constat, nimirum duobus, aut per motiones sive vocales, aut per literas.* 2 *Hic enumerantur quatuor loca, in quibus constructio fit per motiones.* 3 *Quid sit nomen fractum, jam supra dictum est,* membr. 8. num. 2. 4 *Minùs commodè, Romanum exemplar supra hujus dictionis literâ* ر Ra, *legit punctum, hoc modo* باخزه *ut nimirum ex* ر Ra, *fiat* ز Zain. *Nam licet aliquomodo per metaphoram sensus constare posset, tamen in præcedentibus, ut* membr. 8. & 13. *&c. legitur sine puncto, cum quibus locis in præsentiâ legere volui.* 5 *Hoc loco definitur per regulam, ubi qualibet motionum locum habeat.* 6 *Hic excipiuntur tria loca, in quibus contrà modò dicta, motiones locentur.* 7 *In hujus dictionis literâ ultimâ, vicissim σφάλμα τυπογραφικὸν Romani Exemplaris, duo tantùm puncta, sive secundum punctum essentiale supra ponit, non tria, vel tertium essentiale, ceu in præcedentibus sæpissimè factum est.* 8 *Sub hujus dictionis literâ secundâ denuò Romanum Exemplar omittit punctum primum essentiale.* 9 *Hic enumerantur quatuor loca, in quibus constructio fit per literas.* 10 *Hoc loco etjam vitio Typographico in Exemplari Romano, abundat altera particula copulandi* و Vau.

Memb. XXVI.[1] Et verò duale; Et Rephau-habet (vel continet), in AlAliph & Neshbu, & Chephdshu-habet (vel continet), in Alijaai.

٢٦ ، فاما التثنية فترفع بالالف وتنصب وتخفض باليـــاء ❀

1 *Jam quatuor hæc loca, in quibus constructio fit per literas, speciatim declarantur.*

Memb. XXVII. Et verò plurale masculinum integrum & Rephau-habet (vel continet) in Alvau, & Neshbu & Chephdshu-habet (vel continet), in Alijaai.

٢٧ واما جمع المذكر السالم فيرفع بالواو وينصب ويخفض باليا

Memb. XXVIII. Et verò nomina sex. Et Rephau-habet (vel continent), in Alvau, & Neshbu-habet (vel continent), in Aliph, & Chephdshu-habet (vel continet), in Alijaai.

٢٨ واما الاسما الستة فترفع بالواو وتنصب بالالف وتخفض بالياء ❀

Memb. XXVIIII. Et verò verba quinq;: Rephau-habent (vel continent), in Nun, & Neshbu & Gsezmu habent (vel continent), in Apocope AnNun.

٢٩ واما الافعال الخمسة فترفع بالنون وتنصب وتجزم بحذف النون ❀

1 *Vel hæc verba quinq; agnoscunt, aut sucipiunt* Rephau *in* Nun *literâ; sed* Neshbu *&* Gsezmu *abjectâ literâ* Nun.

Memb. XXX. [1] Caput verborum. Verba tria (sc. sunt, vel triplicia), Præteritum & Futurum & Imperativus sicut, ضَرَبَ يَضْرِبُ & اِضْرِبْ.

٣٠ ، باب الافعال الافعال ثلاثة ماض ومضارع وامر نحو ضرب ويضرب واضـــــــرب ❀

1 *Absolutâ doctrinâ communi seu generali Constructionis, nunc autor noster progreditur ad Specialē, & primò agit de constructionibus verbi. Cur autem verba tantùm triplicia Arabibus dicantur, omittendo nimirùm Infinitivum, dixi* Lib. 2. præcedente *cum de Infinitivo agerem* pag. 21.

postremâ [2] & in verbis qvæ [3] Rephau haberent ea, cum integritate AnNun.

الاخر ، وفي الافعال التي ، رفعها
بثبات النـــــون ❀

[1] *Hoc membrum enumerat loca, in qvibus Apocope fit signum ad* Gſezmu. [2] *Sc. literâ, ſeu qvæ ultimam literam habet debilem.* [3] *Hic idem qvod ſuprà* membro. 17. num. 2. *annotavi obſervandum.*

Membr. XXV. [1] Diſtinctio. Conſtructionum diviſiones. Dividitur Conſtructio per motiones, & dividitur conſtructio per literas. [2] Et qvæ conſtruuntur per motiões, qvatuor ſpecies, (ſc. ſunt). Nomen ſingulare & plurale [3] fractum, & plurale fœmininum perfectum, & verbi futurum, qvod non adjunctum habet [4] in fine ſuo qvicqvam [5]. Et omnia ea Rephau habẽt vel cõtinẽt in Adshdshâmetu, & Neshbu habẽt (vel cõtinẽt), in Alphathhatu, & Chephdshu-habẽt (vel cõtinẽt), in AlKeſretu, & Gſezmu-habẽt (vel cõtinẽt, in qete. [6] Et egrediuntur de his (vel excipiuntur), tria qvædam (ſc.) Plurale [7] fœmininum integrum, qvod Neshbu habet (vel continet), in alKeſretu, & nomen qvod non declinatur, Chephdshu-habet (vel [continet]), in alphathhatu, & verbum futuri debile (ſc. in) ultimâ [8] Gſezmu-habet ((vel continet), in apocope, ultimę (ſc. literæ). [9] Et qvæ conſtruuntur per literas, qvatuor ſpecies, (ſc. eorum ſunt) duale & plurale maſculinum perfectum, & nomina ſex (ſc. prædicta), & verba qvinq; & ſunt; يَفْعَلَانِ & تَفْعَلَانِ & يَفْعَلُونَ & تَفْعَلُونَ & تَفْعَلِينَ ❀

٢٥ ، فصل المعربات قسمان قسم
يعرب بالحركات وقسم يعــرب
بالحروف ، فالذي يعـــرب
بالحركات اربعة انواع الاسم
المفرد وجمع ، التكسير وجــمع
المونث السالم والفعل المضارع
الذي لم يتصل ، باخره شي ، وكلها
ترفع بالضمة وتنصب بالفتحة
وتخفض بالكسرة وتجزم بالسكون
، وخرج عن ذلك ثلاثة اشيا ،
جمع ، المونث الســالم ينصــب
بالكسرة والاسم الذي لا ينصرف
يخفض بالفتحة والفعل المضارع
المعتل الاخر ، يجزم بحذف اخره
، والذي يعرب بالحروف اربعة
انواع التثنية وجمع المذكر السالم
والاسما الستة والافعال الخمسة
وهي يفعلان وتفعلان ويفعلون
وتفعلون و تفعلـــــين ❀

[1] *Abſolutâ*

AlKesretu, & Alijai & Alphathhatu.

الكسرة والياء والفتحة ۞

¹ *Absolutâ nunc secundâ constructione* AnNeshbu *pergit autor hic ad tertiam, sc.* Chephdshu, *quæ aliàs plerumq́; Gserru vocatur, dicitq́; hujus tres esse notas, de quibus seqventibus membris ordine agitur.*

Membr. XIX. ¹ Et verò AlKesretu; & fit signum ad Chephdshu, in tribus locis, In nomine singulari declinabili, & plurali fracto declinabili, & plurali fœminino perfecto.

١٩ : فاما الكسرة فتكون علامة للخفض في ثلاثة مواضع في الاسم المفرد المنصرف وجمع التكسير المنصرف وجمع المونث السالم ۞

¹ *Hoc membrum enumerat loca in quibus* AlKesretu *fit signum ad* Chephdshu *sive* Gserru.

Membr. XX. ¹ Et verò Alijai; Et fit signum ad Chephdshu in tribus locis, in nominibus ² sex; & induali & plurali.

٢٠ : واما الياء فتكون علامة للخفض في ثلاثة مواضع في الاسماء الستة وفي التثنية والجمع ۞

¹ *Hoc Membrum enumerat loca, in quibus litera* Alijai *fit signum ad* Chephdshu *sive* Gserru. ² *sc. prædictis* membr. *9. & 14.*

Membr. XXI. ¹ Et verò Alphathhatu; & fit signum ad Chephdshu in nomine ² qvod non declinatur.

٢١ : واما الفتحة فتكون علامة للخفض في الاسم الذي لا ينصرف

¹ *Hinc constat, quod* lib. præcedente *2.* pag. *29. notavi, Arabibus æquè ut alijs nationibus, esse quædam nomina declinabilia, quædam indeclinabilia, seu quæ non declinatur.*

Membr. XXII. ¹ Et ad Gsezmu signa (sc. duo), qvies & apocope.

٢٢ : وللجزم علامتان السكون والحذف ۞

¹ *Absolutâ nunc tertiâ etjam constructione* Chephdshu *sive* Gserru, *pergit author ad ultimam,* Gsezmu *nimirum, quæ constructio motio seu vocalis non est, sed potjus motionis indicium, ceu dixi* Lib. *1.* pag. *90. Dicitq́; hujus duas esse notas, quæ in sequentibus explicantur.*

Membr. XXIII. ¹ Et verò qvies; & fit signum ad Gsezmu, in verbi futuro sani postremâ ².

٢٣ : فاما السكون فيكون علامة للجزم في الفعل المضارع الصحيح الاخر ۞ ²

¹ *Hoc membro dicitur, ubi qvies fiat signum ad* Gsezmu. ² *Seu ultimâ sc. literâ, sive quæ ultimam literam non habuerit debilem.*

Membr. XXIV. ¹ Et verò Apocope: Et fit signum ad Gsezmu in verbi futuro debilis postre-

٢٤ : واما الحذف فيكون علامة للجزم في الفعل المضارع المعتل

ad Neshbu in [1] tribus locis,[2] in nomine singulari, & plurali fracto, & verbi futuro, qvod non adjunctum habet in fine suo qvicqvam.

للنصب في، ثلاثة مواضع في
الاسم المفرد و جمع التكسير
و الفعل المضارع الذي لم
يتصل با خـــــر شي ⊞

[1] *Hoc membrum enumerat tria loca, in qvibus* AlPhathhatu *fit signum ad* Neshbu, *qvæ eadem sunt, (unico plurali fœminino perfecto seu integro excepto), cum locis in qvibus* AdshDshammetu *fit signum ad* Rephau, *ceu patet è* membro præcedente. 8. [2] *Supra hujus dictionis literam primam, Romani, duo tantum puncta apposuerunt, cùm tamen tria esse debebant, vel tertium punctum essentiale, non autem secundum.*

Membr. XIV. [1] Et verò AlAliph: & fit signum ad Neshbu in nominibus sex, sicut رَأَيْتَ أَخَاكَ وَأَبَاكَ & qvæ assimilantur istis.

١٤ و اما الالف فتكون علامة
للنصب في الاسما الستة نحو
رايت اخاك و اباك و مـــا
اشبه ذلـــــــــك ⊞

[1] *Hoc membrum dicit literam* AlAliph, *fieri signum ad* Neshbu, *in nominibus sex prædictis* memb. 9. præcedente, *mutatâ tantùm literâ* Vau in Aliph.

Membr. XV. [1] Et verò AlKesretu, [2] & fit signum ad Neshbu in plurali fœminino [3].

١٥ و اما الكسرة، فتكـــون
علامة للنصب في جمع المونث

[1] *In hoc membro describuntur duo loca, in qvibus* AlKesretu, *fit signum ad* Neshbu. [2] *Hoc loco vicissim Romani integram lineam omiserunt, ab hoc nimirùm numero, usq; ad seqventis membri signum* ✝. *Si enim ipsorum lectio retineretur, illa non tantùm falsa esset, sed ipsum etjam quartum signum* Neshbu *omitteretur. Reposui itaq; ipsum qvoq; textum Arabicum pro tenuitate meâ, donec suo tempore ex integro Exemplari restitui possit, ceu supra etjam dixi ad* membrum decimum. [3] *sc. fracto non perfecto, habet enim* Neshbu *in* Phathhu.

Membr. XVI. [1] Et verò Alijai, & fit signum ad Neshbu in duali & plurali.

١٦ و اما اليا، فتكون علامة
للنصب في التثنية و الجمع ⊞

[1] *Hoc membrum describit duo loca, in qvibus litera* Alijai *fit signum ad* Neshbu.

Membr. XVII. [1] Et verò Apocope AnNun; & fit signum ad Neshbu in verbis qvæ [2] Rephau haberent ea cum integritate AnNun.

١٧ و اما حذف النون فتكون
علامة للنصب في الافعال التي
رفعها بثبات النـــون ⊞

[1] *Hoc membrum indicat ubi Apocope literæ* Nun, *fiat signum ad* Neshbu. [2] *Vel qvæ verba, si* Nun *literam non retinerent, haberent* Rephau.

Membr. XVIII. [1] Et ad Chephdshu tres notæ (sc. sunt),

١٨ و للخفض ثلاثة علامـــات

AlKesretu

[2] *Nomen fractum dicitur illud, quod rejicit posteriores literas, ceu videre est in paradigmate nominum sine* Tenviin. [3] *Nomen verò perfectum est, quod nullam literam rejicit.* [4] *Sc. Indicativi.* [5] *Quale est futurum primæ personæ singularis, & pluralis numeri, nec non secundæ personæ masculini, singularis numeri, nec non ejusdem numeri utriusq; generis tertiæ personæ.*

Membr. IX. [1] Et verò vau: & fit signum ad Rephau in locis (sc. duobus). In plurali Masculino perfecto, & in nominibus sex, & sunt, أَخُوكَ & أَبُوكَ & حَمُوكَ & فُوكَ & هَنُوكَ & ذُو مَالٍ ❋

9 و اما الواو فتكون علامة
للرفع في موضعين في جمع
المذكر السالم و في الاسماء
الستة و هي اخوك و ابوك
و حموك و فوك و هنوك
و ذو مال ❋

[1] *Hoc membrum enumerat dua loca, in quibus litera* Vau, *fit signum ad* Rephau.

Membr. X. [1] Et verò AlAliph; & fit signum, ad Rephau propriè in nominis duali.

10 و اما الالف فتكون
علامة للرفع خصوصا في
الاسم التثنية ❋

[1] *Hoc totum membrum, sine quo tamen tractatio integra non est, omiserunt Romani, reposui autem, etjam ipsum textum Arabicum pro tenuitate meâ, donec aliquando ex alio, magis integro exemplari, melius restitui posit.*

Membr. XI. [1] Et verò AnNun, & fit signum ad Rephau in verbi futuro, qvando adjunctus est cum eo sensus dualis, [2] aut sensus pluralis, [3] aut sensus fœmininus alloqventis [4].

11 و اما النون فتكون علامة
للرفع في الفعل المضارع اذا
اتصل به ضمير تثنية او ضمير
جمع او ضمير المونثة المخاطبة

[1] *Hoc membrum enumerat loca, in qvibus litera* Nun, *fit signum ad* Rephau. [2] *Seu litera characteristica dualis* ا Aliph. [3] *Seu litera characteristica pluralis* و Vau. [4] *Seu secundæ personæ, vel* ي Ia, *litera tantùm secundæ personæ.*

Membr. XII. [1] Et ad Neshbu. Qvinq; notæ AlPhathhatu, & AlAliph, & AlKesretu, & Alijai, & Apocope Nun.

12 و للنصب خمس علامات
الفتحة و الالف و الكسرة
و اليا و حذف النون ❋

[1] *Absolutâ primâ constructione* ArRephau *pergit author ad secundam sc:* AnNeshbu. *Dicitq; hujus qvinq; esse notas, qvas ordine seqventibus membris examinat.*

Membr. XIII. [1] Et verò AlPhathhatu: Et fit signum ad Neshbu

13 واما الفتحة فتكون علامة

rumq́, dici AlGſerru, *ceu notavi* Lib. 1. præcedente pag. 88. *Sed in hoc libro freqventiùs nomine* AlChephdshu *qvàm* AlGſerru *appellatur. Nunc pergit hic autor dicere, qvæ constructiones communes ſint, nomini ac verbo, & qvæ cuilibet propria.* 5 *Communes nomini ac verbo, ſunt* ArRephau & AnNeshbu. 6 *Constructio propria nominis eſt* AlChephdshu. *Idq́, de Themate maximè intelligendum puto, ſeu numero ſingulari, dualis enim futuri, ubiq́, videtur* Chephdshu *ſeu* Gſerru *habere.* 7 *Nomini planè in ultimâ ſyllabâ non convenire* Gſezmu, *nunqvam credidiſſem, niſi hoc loco ſpeciatim exprimeretur. Nam non tantùm præceptor noſter Arabs ſæpiſſimè in nominibus, literam ultimam hac qviete affectam annotavit, veluti patet ex* Pſal. *51. in ſpeciminibus à me edito, ſed & apud alios, ceu ex* Gantico ſeptimo ſive Carmine Arabico ſecundo, Decadis noſtræ ſacræ *conſtat, ubi ultima, nominis* اَللّٰهْ *ſemper, puncto* Gſezmu *afficitur, idem & in alijs non paucis evenit. Verùm, ſtatuo id imperitiâ amanuenſium accidiſſe, qvi leges Grammaticas ignorant, in alijs enim carminibus apparet, eandem ejusdem vocabuli ſyllabam puncto* ArRephau *ornatam eſſe. Nomina tamen propria, huic lingvæ peregrina, videntur excipi poſſe. Atq́, hanc controverſiam, alibi fuſius σὺν θεῷ tractabo.* 8 *Verbi constructio propria eſt* Gſezmu, *ceu ex jam dictis patet, & cur dictiones conſignificativæ freqventiſſimè habent* Gſezmu *notam verbi proprium, ut* قَدْ هَمْ *&c: An de illarum constructione nihil agitur, qvia promiſcua ſit?* 9 *Verbo planè non convenire constructionem* Chephdshu, *videtur ex duali numero futuri Indicativi falſum eſſe, niſi qvis dicere velit, hoc loco* Chephdshu, *tantùm dici de compoſito ſeu geminato puncto* ◌ٍ *non de ſimplici* ◌ِ *qvod tamen anteà ſub numero primo affirmatum eſt. Anne de Themate ſeu radice tantùm intelligendum eſt? qvod infrà qvoq́, fit memb. 31.*

Membr. VII. [1] Caput cognitionis [2] notarum	٧ ؛باب معرفه ؛علامـــات
conſtructionis. Ad Rephau qvatuor notæ (ſc. ſunt),	الاعراب للرفع اربع علامات
[3] AdshDshammetu, & Vau (ſc. litera), & AlAliph, & AnNun.	؛الضمة و الواو والالف والنون

1 *Nunc progreditur hic autor ad indicia ſeu notas constructionis, id eſt, ubi ſeu qvibus in locis hæc vel illa constructio ſive motio, aut qvies, apponi poſſit & debeat.* 2 *Hìc obiter notandum,* Romanum Exemplar *errore Typographico, pro ultimâ hujus vocabuli literâ* ة Ta, *legere* ق Caph. 3 *Res admodum perplexa & difficilis eſſe videtur, ſi in motionibus ſeu vocalibus compoſitis aut geminatis, ceu* memb. præcedente. num. 1. *dixi, ſimplices includuntur, qvâ ratione hìc dicitur* AdshDshammetu, *qvod punctum, eſt motio ſive vocalis ſimplex, ut patet è* Lib. 1. præcedente. pag. 83. *nota* Rephau. *Dicitur enim & ipſum* Dshammu *ſimplex in ultimis dictionum literis* Rephau, *ceu ex allegato* lib. 1. præcedente pag. 80. & 83. *patet, atq́, compoſitum & geminatum hoc punctum, qvod hoc loco* Rephau *dicitur, conſtat ex* Dshammu *ſimplici geminato. Sed hâc de re explicationes Arabum, & ipſe uſus pronunciare poterunt.*

Membr. VIII. [1] Et verò AdshDshammetu; & fit ſignum	٨ ؛فاما الضمة فتكون علامه
ad Rephau in qvatuor locis. In nomine	للرفع في اربعة مواضع في الاسم
ſingulari & plurali [2] fracto, & plurali	المفرد و جمع ؛التكسير و جمع
fœminino [3] perfecto, & verbi futuro,	المونث السالم و الفعل المضرع
[4] qvod non [5] adjunctum habet (ſeu cui non accedit), in fine ſuo qvicqvam.	؛الذي ؛لم يتصل باخره شي ؛ ❋

1 *In hoc membro enumerantur, qvatuor illa loca, in qvibus* AdshDshammetu *fit ſignum ad* Rephau, *qvæ è* lib. præcedente. 2. *ex nominum paradigmate, & verborum futuro peti poſſunt.*

Nomen

nulla dictionum sive literarum præpositivarum, membro præcedente secundo & tertio enumeratarum apponi possit, verbi gratiâ, qua in ultimâ literâ non Tenviin, *aut à principio articulum* ال Al, *vel literam* س Sin gerere, *neq; præpositas habere particulas* قَدْ *vel* سَوْفَ, *neq; continere fœmininã quietem* تْ Ta, *queat, illa dictio, quia horum omnium indiciorum nullum suscipere potest, erit dictio-consignificativa, ceu videre est ex* lib. 2. præcedentis Coronide & aliis.

Membr. V. Caput [1] constructionis. Constructio [2] immutat ultima (seu fines) dictionis, ut varient [3] actiones intrantes super eam, locutione, aut potentiâ.

• باب ¹ الاعراب • الاعراب ² تغيير اواخر الكلم لاختلاف ³ العوامل الداخلة عليها لفظا او تقديرا ❀

[1] *Ita vocant Arabes constructionem, qua motionibus & notis, finem præcipuè, cujusq; dictionis in oratione posita occupantibus, perficitur. Est autem hac vox, à radice* عَرَبَ *qua propria Grammaticis esse videtur, significans,* construxit. [2] *Ita reddendum* ل *esse puto. Omnis enim constructio Arabica, ceu ad membrum præcedens. 2. jam dixi, maximè consistit in motionum mutatione, præcipuè in fine dictionis. Docet itaq; hoc membrum, officia constructionis, in linguâ Arabicâ.* [3] *Quid autem sint actiones dictionis intrantes, sive interiores, & quid sit earum variatio locutione aut potentiâ, desidero ex Arabũ explicationibus certò cognoscere, qua mecum cõquirere, nemo, hujus linguæ fautor, spero intermittet. Quòd si quis dictionem* اواخر *diviseris, & priores duas literas putaverit esse particulam disjunctivã* او *id est,* aut, خر *miras experietur hujus membri obscuritates, (quod & mihi principiò evenit), & variè in eruendo vero sensu se macerabit: Interim me verum sensum reperisse statuo, donec tempore forsan aliter edoctus fuero.*

Membr. VI. [1] Et divisiones ejus (sc. cõstructionis sunt), qvatuor, [2] Rephau & [3] Neshbu, & [4] Chephdshu, & Gſezmu. [5] Et ad nomen (sc. pertinent), de his ArRephau, & [6] AlChephdshu, & AnNeshbu, (& [7] non Gſezmu in eo (sc. datur vel locum habet): Et ad verbum (sc. pertinent), de his, ArRephau, & AnNeshbu, & [8] AlGſezmu, & [9] non Chephdshu in eo (sc. datur vel locum habet).

4 ¹ واقسامه اربعة ² رفع ³ ونصب ⁴ وخفض وجزم ⁵ فللاسماء من ذلك الرفع ⁶ والخفض والنصب ⁷ ولا جزم فيها وللافعال من ذلك الرفع والنصب ⁸ والجزم ⁹ ولا خفض فيها ❀

[1] *Hoc membrum docet divisiones constructionis, dicitq; esse quatuor, tres pro numero motionum, & quartam ratione quietis, qua per signum* Gſezmu *indicatur. Notandum autem hoc loco est, hic primariò intelligi, ceu suprà* membr. 1. num. 7. *habetur, motiones seu vocales compositas, per Rephau sc.* ٌ, *per* Neshbu, ً, *per* Chephdshu, ٍ. *Includi tamen sub his punctis geminatis seu compositis, simplicia, nimirùm* ُ َ ِ. [2] *Observandum hic quoq; probè est, quod &* Lib. 1. præcedente, pag. 80. *monui, diversos esse usus nominum, harum motionum. Hoc enim punctum, nisi de ultimis tantùm in constructione ageretur Syllabis, diceretur* Dshammetun, *vel* Adshdshammu. [3] *Et hoc,* Alphathhu. [4] *Ubi & hoc,* Alkesru. *Præterea notandum, hoc punctum aliàs plerumq;*

seu dixi lib. præcedente primo, pag. 84. 85. 89. *ideoq́ verborum Infinitivi magis nomina sunt, quàm verba, quia plerumq́* Tenviin *gerunt.* [8] *Tertia nominis nota, est accessio articuli* ال Al, *sive* Alaliph & Allam. *Nulla enim alia pars orationis, hunc articulum præpositum gerit, quàm Nomen. Notandum autem est, si hac tertia nominis nota adsit, secundam locum non habere, sed pro* Tenviin *motionem illam simplicem poni, ut si absq́ articulo scribatur* كِتَابٌ *cum articulo scribetur* اَلْكِتَابُ *semperq́ in oratione, hujus articuli prior litera* ا Aliph, *est* Vashlu, *de quo egi*, Lib. præcedente primo pag. 93. *Inserviiq́ hic articulus, omnibus nominibus cujuscunq́ generis, numeri, aut casus sint. Quod si huic articulo, à principio jungatur præpositio inseparabilis* ل Lam, *amittet articulus primam suam literam* ا Aliph, *ut* لِلنَّاسِ ad homines &c: *Neq́ tamen omnia nomina quæ destituuntur articulo* ال *necessario habent* Tenviin, *sed quædam tantum, quod usus docebit.*

Membr. II. [1] Et dictiones præpositionis (& sunt مِنْ	٢ ' وحروف الخفض وهي من
& إِلَى & عَنْ & عَلَى & فِي & رُبَّ	وإلى وعن وعلى وفي ورب
& اَلْبَاءُ & اَلْكَافُ & اَللَّامُ	والباء والكاف واللام
ac dictiões juraměti, & sunt; اَلْوَاوُ	وحروف القسم وهي الواو
& اَلْبَاءُ & اَلتَّاءُ ⊠	والباء والتاء ⊞

[1] *Hoc membrum secundum, enumerat dictiones seu literas præpositivas, quibus nomen cognoscitur, ubi semel pro semper notandum, cum lingvæ Arabicæ Syntaxis, maximè consistat in motionum mutatione, & verò in impresso Romano Exemplari, in ipso textu, vix unica motio exprimatur, parùm certè utilitatis, hujus lingvæ studiosi, ex illo textu haurire possunt, quorum ut studijs & commodo pro viribus meis inservirem, volo in Exemplis Arabicis, non quidem ipso textui Arabico, sed versioni meæ latinæ insertis, meo Marte omnia puncta apponere, ne studiosi hujus lingvæ, datâ quasi operâ retardentur. Sciat autem qvilibet, omnia illa puncta mea esse, in quibus, si quid erroris commissum fuerit, id neutiqvam studio factum suspicetur, sed inopiâ præceptoris Arabis qui illa apponeret, ac exemplaris MSS[ti] Arabici, qvod illa omnia puncta adscripta haberet, quale si Dijs faventibus aliqvando mihi offeretur, statim id omne, si qvid commissum fuerit, correctum iri videbis. Quis autem censor æquus, hujus rei difficultatem non animadvertit.*

Membr. III [1] Et verbũ cognoscitur per قَدْ & اَلسِّينْ)	٣ ' والفعل يعرف بقد والسين
& سَوْفَ & تَاءٍ fœmininã qvie-(tem.	وسوف وتاء التانيث الساكنة

[1] *Hoc membrum tertium, enumerat notas, qvibus verbum cognoscitur, & à nomine ac dictione consignificativâ discernitur, de his autem notis, eadem, quæ de nominum notis* membr. *1.* præcedente ad n. *6. observanda esse dixi, notanda sunt.*

Membr. IV. [1] Et dictio-cõsignificativa ((sc est) cui non convenit cum eâ	٤ ' والحرف ما لا يصلح معه
index nominis, & non index verbi. ⊞	دليل الاسم ولا دليل الفعل ⊞

[1] *Hoc membrum quartum, enumerat notas qvibus dictio consignificativa cognoscitur. Dectéq́ dicitur ex absentiâ notarum nominis & verbi, hanc dictionem cognosci, si scilicet alicui dictioni nulla*

Seqvitur nunc Textus.

IN NOMINE DEI MISERI-CORDIS MISERANTIS.

بِسْمِ ٱللَّهِ ٱلرَّحْمَٰنِ ٱلرَّحِيمِ

Dicit ſenex ſpectabilis, docens do-(ctrinam, Muhhamed, filius David, Ashshe-(nehaagſiu, Publicus (ſc. Præceptor, ſeu Doctor), in com-(pendio.

قال الشيخ الامام العالم العلامة
محمد بن داود الصنهاجي
الشهير باجروم ❀

[1] *Repetitur hoc loco maximâ ex parte poſt invocationem nominis divini, titulus libri hujus, in quo pleraq; vocabula ita jam declarata ſunt, reliqva ſunt comminuta, velut autem, reddere, ut ſenſus eſſet manifeſtior.*

MEMBRUM. I. [1] Oratio eſt locutio cō-(poſita [2] Participans in poſitione & [3] divi-(viſione [4] tria, Nomē, & verbum, & dictio-(nem-conſignificativam. [5] Venit ad intentionem. Et nomen cogno-(ſcitur [6] per præpoſitionem & [7] attenviin, [8] & ingreſſum AlA-(liph & AlLam.

[1] الكلام هو اللفظ المركب
[2] المفيد بالوضع و [3] اقسامه
[4] ثلاثة اسم و فعل و حرف جاء
لمعني فالاسم يعرف [6] بالخفض
و [7] التنوين و [8] دخول الالف
و اللام ❀

[1] *Qvæ Romani Rubricâ, diſtinctionis veluti capitum ergò, expreſſerunt, ego membrorum di-ſtingvendorum gratiâ, textui inſerui, numeris membrorum præpoſitis.* [2] *Hoc nomen eſt à radice* فاد *verbi pertuſi, id eſt,* participare, *ceu mihi placuit hoc loco transferre, omnis perfecta oratio participat nomen, verbum & dictionem conſignificativam, vel conſtat ex his tribus, alias hæc radix ſignificat etiam* juvare, conducere, prodeſſe, conferre, impertiri, &c: [3] *Hæc dictio hoc loco ſenſum paulò obſcuriorem reddit, verùm puto eum prius loqvi de oratione ſimplici, ut, nunc dies eſt, ſecundo de oratione compoſitâ qvaſi, ut, aut dies eſt, aut non eſt, qvæ diviſionem continet. De his tamen, à tempore edoceri cupio.* [4] *In penultimâ hujus dictionis literâ, Romani pro tertio puncto eſſentiali, ſecundum ſuprà poſuerunt, minùs rectè.* [5] *Hæc formula loqvendi Arabibus propria eſt, videturq; idem eſſe, ac ſi diceretur. Hoc conſiderandum eſt, maximè, qvomodo horum trium quod-libet agnoſcatur.* [6] *Hoc loco numerantur notæ nominis, de qvibus uti & verbi, hoc notandum puto,* eas nimirùm illis dictionibus addi poſſe, qvamvis non ubiq; in oratione additæ inveniantur. *Ita enim notæ nominis, nunqvam poſſunt verbo addi, neq; verbi notæ, nomini. Eſt itaq; nominis nota prima* خفض*, quod ego hoc loco per* præpoſitionem *transtuli, etſi non raro punctum* Gſeſru *ſeu* Keſru *ſignificet, veluti paulo poſt* membr. 6. *patebit. Nulli enim alteri orationis parti ſeqventes dictiones ſeu literæ præpoſitivæ, qvæ in membro mox ſeqventi enume-rabuntur, appoſitæ invenientur, qvàm nomini. Ubicunq; itaq; in oratione Arabicâ ſtudioſus, unam illarum præpoſitionum viderit, dictionem huic adjunctam, certò ſciat, nomen eſſe. Litera verò* ل Lam, *freqventer verbis, maximè in futuro præfixa invenitur, ſed tunc, vix præpoſitio eſt, ſed par-ticula cauſalis, ceu patet ex* oratione Dominicâ lib. præcedente, 1. pag. 103. &c: [7] *Secun-da nominis nota, eſt* Tenviin, *id eſt,* ſuſceptio ad motionem ſimplicem literæ ن Nun, *ceu dixi,*

id est, Schuit. *Meminit hujus nominis*, vir Clarissimus in notis, in historiam aromatum Garciæ ab Horto, ubi statuit, illustres mediæ conditionis ab Arabibus hoc nomine vocari, *cùm ego hactenus observaverim, de qvolibet cujuscunq; ordinis senioribus seu præstantissimis, non verò mediæ conditionis dici, ut ex unico Evangelio* S. Matthæi *patet, in qvo sæpius hæc vox, etjam in utroq; numero, & cum qvibusdam derivatis legitur, ut patet* cap. 15. ℣. 2. cap 16. ℣. 21. cap. 21. ℣. 23. cap. 26. ℣. 3. & 47. *Addit etjam*, Arabes huic dictioni, aliam habere appellationem huic synonymam, qvâ mediæ conditionis Illustres vocent, nimirùm شيب *qvod itidem* Seniorem *interpretatur, nec injuria* شيب *enim canos sive* canitiem *significat. Sed tamen*, Matthæi 19. ℣. 20. شاب & Avic. lib. 2. tr. 1. cap. 6. membr. 19. الشبابة Juvenis *dicitur, forte à radice verbi surdi*, شب *id est*, crevit. *Dubium itaq; est an apud Arabes* شيب *sit nomen dignitatis seu gradus nobilitatis. Utinam, ut cœperat, vir ille incomparabilis, pluribus nos in hâc lingva erudire voluisset, ut potuisset. Verum hâc de re, uti & aliis qvibusdam in prædictis notis agam, si, (qvod me, in amicorum meorum gratiam, cùm primùm notas illas legerem, memini mihi proposuisse, & qvibusdam tunc promisisse), fata concesserint aliqvando*, Pomum Ambræ meum Arabicum conscribere, *qvo illa, qvæ in modò dictis notis comprehenduntur ventilare nonnihil statui.* [5] *Hoc nomen*, in Lexico meo σὺν Θεῷ, *explicatum inveniet* Lector Candidus, *placuitq; ita interpretari, qvamvis etjam per antecessorem, Presbyterum, Pontificem, &c. reddere potuissem.* [7] *Ita placuit mihi hanc dictionem vertere, qvamvis sciam, alias* signum, ut Matth. 24. ℣. 3. *nec non* notam, indicium, vexillum, characterem, significationem, &c. *significare, à radice* عَلِمَ *id est*, scivit, novit. [8] *Sequentia nomina propria, pleraq; alibi exposita, & ad radices reducta sunt, excepto ultimo, qvod pro libitu qvis posset à* منر & ي *radicibus deducere, qvas in Lexico suo tempore videre poterit.* [9] *Ita volui hoc nomen reddere, & publicum dicere, sc. doctorem seu professorem à radice* شهر manifestavit, divulgavit, palàm fecit, publicavit, &c. [10] *Hoc vocabulum jam suprà ad* numerum 2. *explicavi.*

Ashshanchaag ſiju [9]publici in [10]cõ-(pendio. الصنهاجي [9]الشهير [10]باجروم

[1] *Hunc titulum, Romani ita interpretati ſunt, ſenſum magis qvàm verba reſpicientes.* Grammatica Arabica in Compendium redacta, qvæ vocatur Giarrumia, auctore Mahmeto filio Davidis Alſanhagii. *de qvâ interpretatione, cùm in toto reliqvo libro, ne verbum qvidem interpretati fuerint, malo ſilere, qvàm aliqvid verborum facere. Ut autem ſtudioſi hujus lingvæ eò luculentius habeant exercitium, volo plerarumq; dictionum origines ſive radices, in notis huce annotare, ut hujus meæ Interpretationis veluti cauſas, eò faciliùs agnoſcere poßint. Nullus enim dubito, qvin in terminis huſce technicis, non raro veram emphaſin vix ſub hæc principia animadverterim, qvæ ubi tempore innotuerit, ne habeant ingenia κακοήθη, qvibus proh dolor nimiùm extrema hæc ſecula abundant, anſam mihi malitioſè calumniis inſultandi, apponam breviſſime rationes veluti eorum admiſſorum ſi aliqva fuerint. Non tamen ad unum omnia vocabula per radices ſuas reſolvere, mihi animus eſt, maximè ea, quæ admodùm communia ſunt, ut hoc primum, aut, qvæ in aliis meis laboribus ad radices proprias, me jam reduxiſſe recordari potero, ſed ea tantùm, qvæ vel rariora fuerint, ideoq; dubiam qvaſi interpretationem habuerint: vel qvorum radices difficilioris paulò fuerint indagationis, qvale eſt hoc;* [2] *Qvod eſt à radice* جرم *id eſt,* Corpus, ſubjectum, &c. *unde dicitur* الاجرومية *&* اجروم *qvod non incommodè reddi videtur per* compendium *ſeu* σύνοψιν, *qvâ* res, vel corpora latè diffuſa, breviter in conſpectum, & qvaſi ob oculos ponuntur. *Hoc tamen loco volui cum ipſis Arabibus, nomen eſſe hujus libri proprium, ideò dictionem ipſam Arabicam latinis tantùm expreßi literis.* [3] *Hoc nomine Arabibus Grãmaticam vocari monui* lib. præcedente. 2. pag. 8. *qvamvis aliàs hæc dictio,* modum *ſignificet, videtur autem hoc loco ab authore, hoc nomen additum, ut ab alia Syntaxi, conſtructione, ſeu compoſitione extra Grãmaticam, hæc Syntaxis diſtingveretur.* [4] *Romani, ceu patet in Latino eorum titulo, hujus dictionis plane non meminerunt, unde illum legens facilè decipi poteſt, totius Grammatices nomine lecto, putans, præter Syntaxin, & reliqvas Grammatices partes, hoc libro contineri; qvod tamen longè aliter ſe habet. Eſt autem hæc vox, à radice* روي *ceu dixi* Libro præcedente. 1. pag. 43. [5] *Hoc nomen, eſt à radice* شاخ *id eſt,*

discipulis traditur. Hunc certè, utpotè succincto Compendio Syntaxin Arabicam tradentem, qvamvis in non paucis admodùm difficilem, in præsentiarum eligere malui, qvàm novis scriptis Rempub. literariam onerare, ceu mihi propositum esse scripsi in Tractatus primi Lib. 2. Canonis Avicennæ, Epistolâ Dedicatoriâ pag. 2. ne actum agerem. Qvin imò, ut hâc ratione, studiosi, ubi præcedentes duos libros legerint, magis sese in hâc lingvâ exerceant, & præcedentia non parvo cum fructu ruminent. Pleraq; enim, inprimis libri præcedentis secundi, ex hoc qvasi è fonte emanarunt. Qvia autem jam dictus liber, non est mihi MSS[t], sed tantùm, ceu dixi, Romæ Arabicè impressus, parùm certè nobis Europæis prodesset, si absq; omni interpretatione latinâ recuderetur, volui eum, qvantùm licuit, homini abundè aliàs occupato, ad verbum interpretari, & qvia brevis esse laborans, non parùm sæpè obscurus factus est hic autor, statui latinas qvasdam, & pro rudimentorum horum instituto breves notas adjicere, qvorundam autem graviorum dubiorum explicationes, ab ipsis expectare Arabibus, ut qvantum in præsentiâ à me fieri potuit, plurimis Clarissimorum virorum desideriis, qvæ mandatorum severissimorum instar mihi sunt, satisfacerem, donec suo tempore, si fata voluerint, hoc pleniùs à me, vel ab aliis doctioribus fieri possit. Servabo autem consvetum hactenus morem meum, in referendis notis meis per Latinos numeros, textui Arabico insertos, ut Candidus Lector eò faciliùs cognoscere possit, qvæ notarum, ad hanc vel illam textus dictionem pertineat. Et qvamvis in editione Romanâ libri membra seu capita, rubricâ distincta sint, qvia tamen numeri nulli additi, & qvædam etjam membra, ceu de decimo & decimo sexto infrà patebit, à Romanis omissa sunt, volui hunc librum in membra qvinqvaginta octo, melioris usus gratiâ dividere, & cuilibet membro notas qvasdam ad illud pertinentes, subjicere, ad Calcem verò libri Coronidis ergò Synopsin hujus libri addere. Exercitii verò Syntactici, poterit qvilibet periculum facere in dicti alicujus Arabici enodatione. Ad ipsum itaq; nunc librum accedo, cujus titulus Arabicus hic est.

[1] Liber [2] Alagsaruumiitu in	١كتاب ٢الاجروميـة في
[3] Grãmaticâ [4] Syntaxeos [5] senis [6] spe-(ctabilis	٣النحو ٤تاليف ٥الشيخ ٦الامام
[7] doctrinæ [8] Muhhamed filii Da-(vid	٧العلامة ٨محمد ابن داود

PETRI KIRSTENI PHIL. ET MED. D.


LIBER TERTIUS GRAMmatices Arabicæ,

Sive

SYNTAXIS ARABICA.

DIU *ſanè multumq́ hactenus mecum dubitavi, an præſentem hunc* Tertium Grammatices Arabicæ librum, *novâ methodo ac legibus conſcribere, an verò conſcriptum jam ab ipſis Arabibus aliqvem in Latinum transferre, debeam. Vicit tandem, poſterior deliberationis pars, & non contemnendis de rationibus ſtatui, probatum jam aliqvem, ab ipſisq́ Arabibus conſcriptum libellum Syntaxeos, ad verbum transferre potius, qvàm novis ſcriptis ſtudioſos hujus lingvæ onerare. Scio enim* ipſos Arabes, in Scholis ſuis, nihil aliud Grammatici, pòſt ſolam lectionem & ſcriptionem tradere, qvàm Syntaxin, qvòd hæc lingva ipſis ſit materna ſeu vernacula, *unde de Etymologiâ non ſunt ſolliciti. Syntaxeos verò rationem tradunt, referente* Clenardo, *vel Carmine, vel proſâ.* Carmine illam complexus eſt Ibun Melic, *(fortè* ابن ملك *id eſt,* filius Regis, *cujusdam ſcriptum eſſe debebat)*, qvi Chiliade verſuum, id eſt, mille diſtichis, cõplexus eſt univerſam Grammaticam. Hanc Chiliadem difficilem admodùm, è tabulis ſuis commendant memoriæ, & qvotidiè apud præceptorem penſum reddunt, domi interim lectitantes gloſſemata, *(qvæ utinam ad nos perveniſſent)*, nam in ſcholis nullus comparet liber. In hâc Grammaticâ fermè biennio verſantur, aut qvadriennio etjam qvidam, dicente Clenardo lib. 1. Epiſtol. pag. 63. *Hanc Grammaticam Carmine conſcriptam nondum me videre contigit. Proſâ Syntaxin Arabicam ſcripſerunt alii plures, ut Grandior ille Grammaticus, ſic dictus* Clenardo Lib. 2 Epiſt. pag. 283. Albucaſis, *à me nondum viſus. Filius item* Alhaagſibu, *cujus Grammatica* كافية Kaaphiitun, *mediocris qvantitatis,* Romæ, in Typographiâ Mediceâ A°. M. D. XCII. *impreſſa, mihi ad manus eſt; Nec non* الاجرومية Alagſaruumiitu, Muhhamedis filii David Ashshanhaagſiju. *Qvem librum* Clenardus exiguum vocat Gurremiam, Lib. 2. Epiſt. pag. 282. *qvi liber & in ipsâ Africâ initio diſcipulis*

PETRI KIRSTENI PHILOSO-
phiæ & Medicinæ Doctoris,



TERTIUS GRAMMATICES ARABICÆ,

SIVE

SYNTAXIS ARABICA.

BRESLAE,
Cum Privilegio Cæsario
ad Annos .20.

Studio, typis ac sumptibus Authoris.

ANNO
Est Mea CVra DeVs.